1454 Dezember 31, Wiener-Neustadt. **Nr. 4194**

Enea Silvio Piccolomini an NvK. Er berichtet über seine Bemühungen in der Angelegenheit des B. von Trient und über das Gerücht von der Krankheit des Papstes. Da NvK seinen letzten Brief offenbar nicht erhalten habe, bittet er ihn nochmals, sich für die Realisierung der Beschlüsse des Frankfurter Reichstags einzusetzen, welche er nochmals in Kopie mitschicke, und berichtet von aktuellen Entwicklungen. János Hunyadi habe kürzlich die Türken besiegt, dennoch drohe Ungarn unmittelbare Gefahr durch Sultan Mehmet. Er sende ihm außerdem eine Abschrift eines Briefes des Fürsten von Karaman an den Kaiser. Der Fürst stünde im Falle eines Kreuzzugs als Verbündeter bereit. In Preußen setze König Kasimir den Kampf trotz der erlittenen Niederlage fort. Ein Ende des Krieges sei nicht in Sicht. Auch der laufende Fürstentag von Breslau gebe wenig Grund zur Hoffnung. Johannes von Capistrano predige gerade bei Wien. Der aragonesische Botschafter und der B. von Pavia werden bald am Kaiserhof erwartet. Inzwischen sei die Sache des B. von Trient vor den Kaiser gebracht worden, allerdings mit negativem Ergebnis. Fürsten hörten leider nicht immer auf ihre Räte.

Kopie (gleichzeitig): ROM, *BAV, Ottob. lat. 347 f. 113^{v}-114^{v} (= O); ebd., Urb. lat. 401 f. 146^{r}-148^{r} (= U); ebd., Vat. lat. 1787 f. 138^{r}-140^{r} (= V);* FLORENZ, *Biblioteca Medicea Laurenziana, Plut. 54.19 f. 79^{v}-80^{v} (= F).*

Druck: Baum/Senoner, Briefe und Dokumente II 222-226 (nach V; mit Datum 1455 Dezember 31); RTA XIX 2, 799 Nr. 26,9 (nach O).

Teildruck (Z. 20-28): RTA XIX 3, 63f. Nr. 2c.

Deutsche Übersetzung: Baum/Senoner, Briefe und Dokumente II 223-227.

Erw.: Haubst, Studien 21 (mit Datum 1455 Januar 1, Frankfurt); Baum, Piccolomini, Cusanus und Tirol 187; Meuthen, Ein frühes Zeugnis 113 (mit Auszug); Baum, Nikolaus Cusanus in Tirol 271 (mit Datum 1455 Januar 1); Nowak, Ein Kardinal 189f. Anm. 87 und 93; Helmrath, RTA XIX 2, 117 Anm. 7.

Unser Text nach O. Auf die Verzeichnung der orthographischen Varianten von Eigennamen in den Apparat wurde verzichtet (hierzu siehe die Ed. der RTA XIX 2, 800-804).

Reverendissimo in Christo patri et domino Nicolao, sacrosancte Romane ecclesie tituli sancti Petri ad Vincula presbitero cardinali, domino suo colendissimo, Aeneas episcopus Senensis commendatum se facit. Episcopi Tridentini, gravis et optimi patris atque inter paucos amici mei, cause meapte ingenio nunquam deessem.[1]) Scio nanque me illi obnoxium esse et complacere et servire. At supervenientibus mansuetudinis tue litteris, quae me potest quocunque velit trahere, non est quod illius desiderio negare quicquam possim. Dabo igitur operam, quantum in me fuerit, quod petit episcopus, ut abunde ferat, quoniam et honesta est eius postulatio nec me iudice negari debet. Non fui tamen adhuc cum caesare hac de causa. Nam rarior est quam fuit ad eum aditus neque secretissimis, uti consueverunt, hostia patent. Omnia per internuntios nunc expediuntur. Satis est, si conciliarii bis aut ter in mense copiam caesaris habent. Idem quoque de Romano pontifice rumor est, quem valitudine graviori detentum neque cardinales neque ceteri curiales convenire possunt.[2]) Cum venero ad presentiam caesaris, non ero immemor episcopi Tridentini.

Unum tamen in litteris tuis[3]) offendi, quod me magnopere conturbavit: quesivisti enim ex me, ut scriberem tibi circa res communes, quidnam fieret. Res communes ego hoc tempore res ecclesie arbitror esse, quas Turchorum impietas conculcare nititur. Ego ex Frankfordia, que gesta essent illic, omnia scripsi dignitati tue et articulorum copiam misi.[4]) Nullam de his mentionem effecisti. Existimo deceptum me esse. Doleo. Aut in via defecit nuntius, aut aliud iter ad Romanam curiam habuit. Utinam pervenissent mea scripta in manus tuas! Neque enim dubito, quin pro tua singulari prudentia proque tuo in commune bonum zelo apud Romanum pontificem solerti cura instetisses pro illarum rerum complemento, que Frankfordie meditate fuerunt. Sed mitto ista, et que recentiora sunt enarrabo.

Iohannes comes Bistricensis[5]), qui gubernat Hungariam, superioribus diebus septembri, ut reor, mense duo et triginta milia Turchorum in Rascia[6]) profligavit, multos occidit, ducem exercitus captivum

---

3 meapte: suopte *F.* 7 tamen: *fehlt V.* 8 fuit: *folgt gestr.* adfuit *O.* 10 habent: *kor.. aus* habeant *F.* 17 aut: *a.R. O.*

abduxit. Non tamen idcirco comminutus est animus Maumethi, qui tanto solertius de vindicta cogitat, quanto vulnus acceptum gravius tulit. Congregavit ille maximas copias iamque in campo sedet intra Bidinium et Pyrotham[7]), proximo vere Hungariam, quoad possit, ferro et igne consumpturus. Hungari, nisi reliquorum Christianorum auxilio muniantur, in magno periculo constituti sunt. Quod si promissa subsidia ex Germania atque Italia obtineant, non dubitant, quin emulum illum et hostem teterrimum Christiani nominis ex Grecia propulsent. Ad quam rem nunc potissime tempus idoneum dicunt. Ita gubernator suis litteris ad caesarem novissime directis affirmat.[8])

Caramannus[9]), quem Cilicie dominum dicunt, quique se regem Armenie vocitat, per hos dies imperatori nostro litteras dedit, quarum exemplar cum presentibus dignationi tue transmitto.[10]) Ego et illum et alios quam plurimos adversus Turchos exurgere non dubitaverim, si passagium Christiani condignum sue potentie facerent.

De Prutenis audivisti, que secuta sunt: Cazimiruso rex Polonie prelio victus[11]) bellum instaurat neque uno suscepto vulnere cedendum putat. Magnas ut aiunt copias iterum contra religionem[12]) mittit, neque religio, que sua sunt, negligit. Cum fortis in fortem impegit, ambo corruunt. Dura res erit, neque fortasse diebus nostris finem accipiet. Neque enim magna spes est, quod apud Vratislaviam[13]) hoc negotium componatur. Bohemi et Saxones, quemadmodum audivisti, de concordia Vratislavie transigunt. Rex Ladislaus illic est et duo Saxonie duces[14]); cum eo Ludovicus quoque Baioarie dux[15]) et Albertus marchio Brandeburgensis[16]) eo convenere. De rege Polonie, qui et ipse compariturus in eo conventu dicebatur, nulla certitudo est.[17]) Si congregatio illa pacem Bohemie et Saxonie dabit, sperabo conventum, qui coram caesare futurus est[18]), nonnihil boni pariturum esse. Alioquin vereor ne frustra nostri conatus eant.

Frater Iohannes de Capistrano apud Viennam evangelicat, venturus in hunc locum, cum dies conventionis affuerit.[19]) Orator quoque regis Aragonum apud nos est conventum manens.[20]) Papiensis episcopus Patavie remansit, circa finem futuri mensis ad nos venturus.[21]) Post hec iam scripta ducta est ad cesarem Tridentini presulis causa, cui aliter successit, quam mihi visum est.[22]) Non sunt omnes huius temporis principes, qui consiliariorum dicta sequantur. Viri boni, qui ad consilium vocatur, est consulere, que recta putat. Quodsi principis alia mens est, non contra nititur incassum. Vale.

Ex Novacivitate pridie kalendas ianuarias Mccccl v.

---

23 idcirco: iccirco *F V; korr. statt gestr.* abdux *U.* 24 Congregavit: *korr. aus* congregat *F.* | intra: inter *F V.* 25 proximo vere: proxime vero *U.* 28 propulsent: *korr. aus* propulsant *U.* 30 Cilicie: Cilie *F.* 40 qui: quia *F.* 46 ad[2]: *ü.d.Z. O.* 48 boni: *fehlt F V.*

---

1) *Es ging um die Übertragung der Regalien an den bereits seit 1446 amtierenden, aber lange umstrittenen B. von Trient Georg Hack. Friedrich III. bestand auf seinem 1446 Februar 4 von Eugen IV. verliehenen Besetzungsrecht; s. Chmel, Regesta chronologico-diplomatica Nr. 2019. Zur Frage der Regalien s. auch* Nr. 4343 *(Brief des Enea Silvio von 1455 Mai 5).*

2) *Über die Krankheit Nikolaus' V. berichtet NvK in seinem Brief an Johannes von Segovia (s.o.* Nr. 4192 *von 1454 Dezember 29); h VII 102 Z. 1f.:* Utinam posset vos sanctitas sua audire loquentem potius; nam infirmitas non sinit eum legere, et libenter confert. *Vgl. auch Pastor, Geschichte der Päpste I 649-651.*

3) *Dieser Brief des NvK von Ende November/Anfang Dezember 1454 scheint verloren. Darin dürfte NvK eine Intervention zugunsten des B. von Trient und Informationen zum Verlauf des Frankfurter Reichstags und zur Lage in Preußen erbeten haben. NvK scheint also zur Abfassungszeit dieses Briefes den vorangegangenen Brief des Enea Silvio* Nr. 4142 *von 1454 Oktober 31 noch nicht erhalten zu haben, worüber Enea sich erstaunt zeigte.*

4) *Enea Silvios Brief an NvK von 1454 Oktober 31; s.o.* Nr. 4142 *mit Anm. 6 zur Frankfurter Reichsversammlung.*

5) *János Hunyadi, Statthalter in Ungarn. Die Informationen über die militärischen Entwicklungen auf dem Balkan beruhen v.a. auf einem Brief Hunyadis an Friedrich III. von 1454 November 10; Druck: RTA XIX 3, 52-60 Nr. 1; s. auch ebd. 63f. Nr. 2c.*

6) *Rasina, Region in Serbien. Gemeint ist die Schlacht bei Kruševac Ende September/Anfang Oktober 1454, bei welcher der türkische Gouverneur Firuz Bey gefangen genommen wurde. Näheres dazu bei Helmrath, RTA XIX 2, 775 Anm. 10 (mit Lit.).*

7) *Widin und Pirot, beide Städte nordwestlich von Sofia; vgl. Helmrath, RTA XIX 2, 776 Anm. 12.*

8) *S. Anm. 5.*

[9]) *Tādj al-dīn Ibrāhīm Beg (1430-1464), Herrscher des turkmenischen Fürstentums Karaman im ehemaligen Kilikien, Gegner der Osmanensultane Murad II. und Mehmed II.; vgl. Helmrath, RTA XIX 2, 776 Anm. 14 (Lit.), 802 Anm. 8.*

[10]) *Dieser Brief scheint nicht überliefert; vgl. Helmrath, RTA XIX 2, 802 Anm. 9f.*

[11]) *In der Schlacht bei Konitz; s.o.* Nr. 4142 *Anm. 20.*

[12]) *Der Deutsche Orden.*

[13]) *Der Fürstentag von Breslau vom 6. Dezember 1454 bis 30. Januar 1455; s. jetzt ausführlich Helmrath, RTA XIX 2, 875-965 Nr. 32-36; Annas, RTA XIX 3, 692-694.*

[14]) *Friedrich II. der Sanftmütige (1428-1464) und sein Bruder Wilhelm III. der Tapfere (1428-1484), Herzöge von Sachsen; vgl. Helmrath, RTA XIX 2, 226 Anm. 1.*

[15]) *Hz. Ludwig IX. von Bayern-Landshut (1450-1479).*

[16]) *Mgf. Albrecht Achilles von Brandenburg-Ansbach.*

[17]) *Kg. Kasimir IV. von Polen hatte bereits 1454 November 7 gegenüber dem sächsischen Hz. Friedrich II. sein persönliches Erscheinen abgesagt; s. RTA XIX 2, 900-906 Nr. 34,1.*

[18]) *Der Reichstag von Wiener Neustadt Ende Februar/Anfang April 1455.*

[19]) *Capistrano ist am 22. Dezember in Wien nachweisbar und blieb bis Mitte März; vgl. Hofer, Kapistran II 321-324, 332; Helmrath, RTA XIX 2, 429 mit Anm. 23. Seine Pläne, zum Kaiserhof nach Wiener Neustadt zu ziehen und an der dortigen Reichsversammlung teilzunehmen, äußerte er gegenüber Nikolaus V. am 28. Oktober 1454; RTA XIX 2, 453 Nr. 15,3e [9]. Vgl. auch Eneas Brief an Capistrano vom gleichen Tag (31. Dezember 1454); RTA XIX 2, 803-813 Nr. 26,10, hier bes. 805 Nr. 26,10 [3]. Zum Aufenthalt: Annas, RTA XIX 3, 180-183.*

[20]) *Vgl. die Bitte Friedrichs III. (verfasst von Enea Silvio) an Kg. Alfons V. von Aragon um Gesandte vom 27. Juni 1454; RTA XIX 2, 117 Nr. 2,2 [3] und die Beglaubigung der aragonesischen Gesandten Francesco Davio und Michele Ricci durch Alfons V. vom 8. September 1454; RTA XIX 2, 348, Nr. 10,5a. Davio verstarb allerdings auf dem Weg, Ricci traf erst nach Beendigung des Frankfurter Tages am Kaiserhof in Wiener Neustadt ein und nahm an der dortigen Reichsversammlung teil; Helmrath, RTA XIX 2, 330.*

[21]) *Der päpstliche Legat Giovanni da Castiglione, B. von Pavia, kehrte sehr zum Unwillen Enea Silvios zwischen den Reichstagen nicht nach Rom zurück, sondern verharrte in Passau, offenbar* timens epidemiam *und um sich die Alpenüberquerungen zu ersparen; RTA XIX 2, 779f. Nr. 26,3 [3] (Enea Silvio an Kard. Carvajal, 1454 November 26); vgl. Nowak, Ein Kardinal 187f.*

[22]) *S. Anm. 1. Die Verleihung der Regalien erfolgte erst 1458 Juni 25; s. Chmel, Regesta chronologico-diplomatica Nr. 3588; S. Vareschi, in: Gatz, Bischöfe II 251.*